



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Murmur fugiendu[m] est p[ro]pter quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

carnis extrinxit. Est etiam murmur de
 malis, quæ patimur. Sap. 1. Custodi- Sap. 1.
 te uos à murmuratione, quæ nihil pro-
 deest. Murmur contra ea quæ Deus fa-
 cit, nihil prodest homini, imò pluri-
 mum nocet. Non enim propter mur-
 mur cessat tribulatio, sed quod po-
 tuit esse meritorium, propter mur-
 mur fit demeritorium, & destruitur
 homo. Vnde debuit emendari. Vnde
 Psal. 88. Destruixisti eum ab emundatio-
 ne, uelemendatione.

*Murmur fugiendum est propter
 quinque.*

Primo, propter uerba sacræ scri-
 pturæ. Sap. Custodite uos à mur- Sap. 1.
 muratione. Et Paulus. Neque mur- I. Co. 10
 muraueritis, sicut quidam murmura-
 uerunt, &c. Et iterum omnia facite si-
 ne murmuratione. Secundo, propter
 uindictam, quam dominum sumpsisse
 in præsentem de peccato isto, legitur.
 Vnde Maria soror Mosi percussa fuit
 à Domino lepra propter murmur. Da-
 tam & Abirom propter murmur ab-
 sorti sunt à terra. Propter hoc pecca- Nu. 15
 tum, misit Dominus serpentes igni- Nu. 14
 tos in filios Israel. Propter hoc ma-
 ior pars populi in deserto mortui sunt.

Tertio propter exemplum Christi.
 Isa. 53. Quasi agnus coram tondentem
 se obmutescet, &c. Quarto propter
 exemplum sanctorum. De talibus di-
 cit Gregorius. Non murmur resonat,
 non querimonia, sed corde tacito &c.
 Quinto, quia regnum cælorum non
 dabitur murmurantibus. Gregorius.
 Regnum cælorum nemo qui murmu-
 rat accipit.

*Murmurare non debent
 claustrales.*

Primo quia claustralis murmu-
 rans de cibo uel potu, deficit in
 ipso principio belli spiritualis,
 quod est contra gulam, sicut dicit
 Hieron. Hieronymus. In pugna Christi prius
 contra gulam agitur, quia nisi haec
 prius refrenetur, frustra contra alia
 uicia laboratur. Tales uero ad ignem
 tribulationis crepant, sicut olla ua-
 cua ad ignem posita, uel sicut dolium
 uacuum de facili sonat, uel soluitur,
 plenum uero silet. Ex quo apparet sa-
 tis, quod aqua diuinæ gratiæ in eis
 non est. Isti quando deberent deo
 escam apponere cum grata salsa hila-
 ritatis, iusta uerbum Apostoli, Hila-
 rem datorem diligit deus, ipsi sel-